mento ad evictionem vel alijs quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo, ad Quietationem praesentaneam Ligamen complendum ad finem.

Kaminskich mutua Advitalitas.

Comparentes personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneal. Premislien. Nobiles Lucas Kaminski olim Nobilis Joannis Kaminski cum olim Nobili Sophia Brzuska procreatus filius ab una, et Constantia Zgorska olim Generosi Alberti Zgorski cum Generosa olim Dorothea Bredkowna procreata filia, praefati Nobilis Lucae Kaminski Consors legitima parte ab altera, sani mentibus et corporibus existentes a Terris, districtibus, Iuribus, Iurisdictionibus suis quibusvis proprijs et competentibus recedendo. Praesenti vero Castrensi Capitaneali Premislien. Iurisdictioni quo ad actum huncce attinet, secum successoribusque eorundem suis generaliter omnibus omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subjiciendo palam libere, publice, ac per expressum recognoverunt, et quilibet illorum seorsim suo pro Interesse recognovit. Quia ipsi et quidem praefata Nobilis Constantia Zgorska cum eiusdem mariti sui viri Tutoris coniugalis personali assistentia et ultroneo ad infrascripta recognoscendum Consensu sibi mutuo et invicem omnium generaliter bonorum suorum haereditariorum et obligatoriorum mobilium et immobilium summarumque quarumvis pecuniariarum, nec non auri, argenti, Clenodiorum, unionum, Margarethatum, vestium, vestimentorum, stanni, aeris, Cupri, orichalci, pecorum, pecudum, equorum equitiarum ac totius suppellectilis domesticae in quacunque forma et materia existentium nunc habitorum et in post habendorum mutuam advitalitatem et eorum fructuum, ad extrema duntaxat vitae utriusque eorum tempora, tantummodo et non ultra inscripserunt contulerunt et assignaverunt, prout inscribunt, conferunt et assignant praesenti tali videlicet modo et conditione: Quod si prius praefatum Nobilem Lucam Kaminskim quam ipsam Nobilem Constantiam Zgorska Consortem ipsius mori et de hac luce decedere contigerit, extunc eadem Nobilis Constantia

Kaminski

1358. 1271.

stantia Zgorska consors sua bona suprascripta omnia et summas pecunianas morte praedicti mariti sui derelictas, cum omni eorundem iure dominio, et proprietate, competentiisq. et praerogativis quaevis omnibusq. et singulis eorundem utilitatibus et usufructibus tenebit, habebit, et possidebit, illisq. quiete et pacifice utifruetur ad extrema duntaxat vitae suae tempora, post fata vero praefatae nobilis consortis, extunc praedicta bona et res generaliter omnes inscriptioni praesenti subiectae morte praedicti mariti sui derelictae ad successores praenominati mariti sine quovis impedimento et contradictione successorum praedictae consortis suae totaliter et plenarie devolventur. Similiter quoq. si prius praefatam nobilem Constantiam Zgorska consortem suam, quam ipsum nobilem Lucam Kamienski maritum suum mori contigerit, extunc idem Maritus bona suprascripta generaliter omnia, morte praedictae consortis suae derelicta cum omni iure, dominio, et proprietate tenebit et possidebit, illisq. quiete et pacifice ad extrema duntaxat vitae suae tempora utifruetur, post mortem vero eiusdem Lucae dei cessum eiusdem mariti sui, extunc bona suprascripta morte eiusdem consortis derelicta ad successores suos sine quovis impedimento et contradictione successorum mariti sui totaliter et plenarie devolventur. His suis praesentibus Recognitionibus ad praemissa omnia mediantibus.

ii/iii 1669 Vigore Laudi Feria secunda post Dominicam Quadragesimam (Invocavit) proxima Anno Domini 1669 Sozanski et Jaworski Sozanskich Quietant. Comparentes personaliter

Coram